



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda Dioecesis Paderbornensis Rituali Romano accommodata

Hermann Werner <Paderborn, Bischof>

Paderbornæ, 1753

Benedictio Loci.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36023

- Y. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.
 R. Et salutare tuum da nobis.
 Y. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor &c.
 Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

EXaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & sicut
 domos hebræorum in exitu de Ægypto agni sanguine linatas (quod
 Pascha nostrum, in quo immolatus est Christus, figurabat) ab Angelo per-
 cutiente custodisti; ita mittere digneris sanctum Angelum tuum de coelis,
 qui custodiat, protegat, visitet atq; defendat omnes habitantes in hoc ha-
 bitaculo. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Benedictio Domorum alio tempore.

SI Sacerdos requiratur ad benedicendum domum infra annum, indutus superpelliceo &
 stola pro congruentia temporis. Ingressus Domum dicat.

Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea.

Dein aspergit domum & incolas dicens.

Asperges me Domine & mundabor, lavabis me, & super nivem de-
 albabor. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam,
 Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc,
 & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Y. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor &c.

Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

EXaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & mitte-
 re digneris sanctum Angelum tuum de coelis, qui custodiat, foveat,
 protegat, visitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per
 Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Benedictio Loci.

Y. Adjutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit.

Y. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor &c.

Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Benedic Domine Deus omnipotens locum istum, ut sit in eo sanitas,
 castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, & mansuetudo, plenu-
 do legis & gratiarum actio Deo Patri & Filio, & Spiritui sancto, & hæc
 benedictio maneat super hunc locum, & super habitantes in eo, nunc &
 semper. R. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio domus novæ.

Y. Adjutorium nostrum &c. R. Qui fecit coelum & terram.

Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

TE Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus, pro hac do-
 mo,